

carano, velut ad Regnum Croatia ab Incunabulis ipsis pertinente Districtu ulla ratione commisceatur. Exhibita porro Secundo per eandem Statuta, cujus generis cuilibet in Regno Hungarice existenti Jurisdictioni, pro eo ac nonnulla ad meliorem internam Reputationem suam, Utilioremque, ac faciliorem publicorum etiam Negotiorum in medio sui Administrationem necessaria, aut non parum proficua existimantur stabilire, ita tamen Ne publicis per hoc Regni Constitutionibus qua qua ratione derogetur, integrum est, in quantum Circumstantijs, et Systemati moderno congruant, benigne equidem confirmamus. Cum nihilominus complura Systemati Regni Hungarice, Regnorumque & Provinciarum eo per